



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 21. Spirensis conventus initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI.
A.C 1544.

§. XXI.

Spirensis conventus initia.

*Sleid. l. c.
Pallav hist.
Trid. l. 5.
c. 5. n. 2.*

Frequens admodum erat hic Spirensis conventus; omnes enim Electores eo convenerant, quod hucusque raro fieri solebat. Accessit quoque Dux Clivienfis, & Saxoniz Electori, qui die decima octava Februarii advenerat, obviam processerant Hassiz Landgravius, Coloniensis Archiepiscopus, Fridericus Palatinus & Siciliz Pro-Rex. His una congregatis biduo post datum est initium comitiis, quæ a vigesima Februarii usque ad decimam Junii diem fuere protracta. Auspicabatur ea Cæsar oratione habita, in qua specialia petebat armorum subsidia adversus Turcas & Galliarum Regem, & postea hæc addebat: *Quibus de causis relicta Hispania rursus in Germaniam iter susceperim, huncque Conventum indixerim, literis meis Genuæ datis explicavi unde haud opus est ea repetere.*

„ Cum autem Christiani nominis hostis
 „ anno priori secundis armis totam Hun-
 „ gariam emensus sit, totius negotii car-
 „ do in eo vertitur, ut prosperis ejusdem
 „ successibus resistatur; quapropter nil
 „ mihi adeo deliberatum est, nisi ut ad
 „ coercendos Turcarum progressus om-
 „ nes meas vires impendam, ipsusque
 „ pro

„pro muneris mei ratione huic bello af-
 „sistam.,, Sæcul. XVI.
 A.C. 1544.

§. XXII.

*Cæsaris querelæ contra Galliarum
 Regem.*

In sermone sui progressu Carolus Cæ- Sleid. l. c.
 p. 503.
 sar vehementer adversus Franciscum Belc. comm.
 l. 23. n. 53.
 Regem declamabat, his verbis usus: Raynald. hoc
 anno n. 4.
*Licet ipse ardentissime optassem adesse bello
 Turcico, quibus tamen rebus, & per quem
 sim adhuc impeditus, notum est omnibus:
 nam impulsu stipendioque Galliarum Regis
 Turcica venit classis in mare Ligusticum, &
 in alia tum Imperii, tum Hispanicæ ditio-
 nis loca circumtulit bellum: cur autem Germa-
 niam Turca tam confidenter petat, atque ag-
 grediatur, hæc est causa, primum, quod
 de dissidio Religionis, & de publicis ac pri-
 vatis Ordinum offensionibus, deque statu re-
 rum, & iis, quæ geruntur in Imperio, ea
 semper per Franciæ Regem Turca cogno-
 scat, atque ea ad illum perferantur: insuper
 etiam Turcæ in Galliarum Rege favorem
 & auxilia sibi parata esse sciant. Cum er-
 go Franciæ Rex communem omnium hostem
 in Rempublicam Christianam excitet, ar-
 metque, necesse est, ut bellum contra Gallos
 susceptum non secus habeatur, quam si in
 Turcam ipsum susciperetur: hinc Principes
 non solum actiones meas, atque consilia
 non damnabunt, sed opem quoque mihi fe-
 rent,*